



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Famulus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

fendere; iure tamen positivo prohiberi id potest, & re ipsa prohibitum est, nam talis occisor deprehensus, morte multatur, ut obuiam eatur infinitis cadibus, quæ sub prætextu tuendæ famæ, aut vitæ perpetrarentur. Coninc & alij 4. *ibid. res. 97. & p. 5. tr. 4. res. 7.*

5. Moriturus qui non vult restituere famam, sed tantum post mortem suam eam vult restitui à confessario, non potest absolui. *p. 5. tr. 3. res. 104.*

*Famulus.*

1. **S**I famulus ad annum conductus discedat ante tempus, debetur ei merces temporis quo seruiuit, nisi domini multum interesset eum diutius morari. *Rebell. & alij 3. p. 3. tr. 6. res. 15.*

2. Dominus non tenetur soluere salarium famulo infirmo quamdiu erit infirmus, nisi sit in extremâ, vel graui necessitate, tunc enim teneretur ex caritate. Imò potest ab eo exigere sumptus in eo curando factos. *Molina & alij 8. p. 1. tr. 8. res. 86.*

*Festum.*

1. **I**ter agere non est opus seruale, siue pedibus, siue equo fiat. *Suar. & alij 3.*

Imò